et te ducere ad primum statum quem in baptismo accepisti. Canis qui saltat vt te occidat ⁊c: est caro tua ꝓpria per quā homo sepius occideretur nisi deus impediret. Et falco in pertica extra fenestram volat ⁊c id est potentia diuina non tecū manebit ꝙdiu in mala vita iaces: nec vxor id est aīa noticiaȝ habebit tue salutis. Quid ergo est faciendū. Certe vt sis tractus ad caudaȝ equi Trahi per caudam equi nihil aliud est ꝙ a principio vite vsqȝ ad presēs quid et quantum fecisti tantum dolere et satisfactionem perpetrare: deinde postꝙ̄ ista feceris perge ad heremitam id est discretum confessoreȝ in foresta sancte ecclesie: et de omnibus quibus contra deum deliquisti pure cōfitearis clausa fenestra id est priuate non ad laudeȝ hominū sed ad tuū solamen: et statim deus et omnes angeli noticiam tuam habebunt. Deinde facta confessione vestimētis id est bonis virtutibus poteris indui: et ad palacium cordis tui secrete accedere: et omnes sensus tui cum vxore id est anima noticiaȝ habebunt: quia verus impator id est bonus christianus factus es: et per consequēs vitā eternaȝ obtinebis: ad quam nos ꝑducat ⁊c

De auaricia et eius subtili conamine

Capitulum.lx.

Rex quidam erat qui filiaȝ vnicā pulcrā et gratiosam nomine rosimundam habebat. Puella ista cum ad etateȝ denam peruenisset: erat tam abilis in currendo ꝙ citius ad terminū peruenerat anteꝙ̄ aliquis eam tangere posset Rex per totum regnuȝ proclamari fecerat ꝙ quicunqȝ cum filia sua volebat currere: et ad finē termini ante eam ꝑueniret ipsam in vxorem haberet: et totum regnum post eius decessum. Si vero aliquis hoc attemptaret et in cursu deficeret caput amitteret. Facta proclamatione quasi infiniti se obtulerunt cum ea currere: et quotquot cum ea currebant omnes deficiebant et capita amiserunt Erat tunc quidaȝ in ciuitate pauꝑ noīe abibas qui intra se cogitabat. Pauꝑ ego sum et de vili sanguine progenitus: si ꝑ aliquam viam possem illam puellaȝ deuincere non solum ego promotus essem: sed ⁊ omnes de meo sanguine. Prouidebat sibi de tribus cautelis scȝ de serto rosarum: quia illa puelle appetūt. Secundo de zona serica quam puelle libenter optant. Tercio de loculo ⁊ infra loculum pila quedam erat deaurata super pilaȝ descriptio talis. Qui mecum ludit nūꝗ̄ de ludo satiabitur. Hec tria ipse in sinu suo posuit: ad palaciuȝ perrexit pulsauit. Adest ianitor ⁊ causam pulsatiōis petebat: qui ait. Paratus sum cum puella currere. Illa cū hoc audisset quandaȝ fenestram aperuit: et cum eum vidisset in corde suo despexit: et ait. Ecce ꝙ̄ reprobus est cū quo currerē debes: tamen non poterat ꝯtra dicere: ad currendū se preparauit: ambo ad inuicem currebant: cito puella ad magnam distantiam ante eum cucurrit. Abibas cum hoc vidisset sertum rosarum ante eam projecit. Viso serto puella inclinauit se et sertū leuauit et in capite posuit: tantū in serto delectabatur et expectabat ꝙ abibas ante eā cucurrit. puella cū hoc vidisset: ait in corde suo. Nūꝗ̄ filia patris mei cum tali ribaldo debet copulari: stati sertū ꝓiecit in quandā foueam profundam: et post eum cucurrit ⁊ apprehendit: quem cum apprehendisset alapam dedit ei dicens. Siste gradum miser non decet vt filius patris tui in vxorem me ducat: statim ante eum cucurrit. Abibas cū hoc vidisset ante eam zonam de serico projecit: quam cum vidisset inclinauit se ⁊ eaȝ leuauit se succinxit et tantum de ea delectabatur ꝙ ibidem moram traxit: et iterum abibas longe ante eam cucurrit. Puella cū hoc vidisset fleuit amare: et zonam accepit et in tres partes fregit: post eum cucurrit ⁊ apprehendit: queȝ cū apprehendisset manū leuauit et ei alapā dedit dicēs. O miser me in vxorē non habebis: statim ante eū longe cucurrit. Abibas cum hoc vidisset expectabat quousqȝ ipsa prope esset. Hoc facto loculum de serico ante eaȝ ꝓiecit: viso loculo inclinauit se et loculū leuauit: aperuit pilaȝ deauratam intus inuenit superscriptionem legit. Qui mecū ludit nunꝗ̄ ludo satiabitur incepit tantum et tam diu ludere cum pila: ꝙ abibas citius ad fineȝ peruenit et eam in vxorem tenuit

Moralisatio

Carissimi Imperator iste est dn̄s noster ihesus xp̄s. Filia pulcra anima ad dei similitudinē creata